

generis, si severo. Ad hunc modum temporibus hinc futuris conditionalem particulam prepono, et sic explico textum Hebraicum, qui ad verbum sic habet: *Ladam ante Dominum, et vilior factus, plus quam factus sum, et ero humilis in conspectu meo*, etc.: Si lusero in conspectu Domini, et meisum abjecero, et si vilis fuero in conspectu meo, ita ut non me his ancillis, quarum mihi vilem conditionem objicis, superiorem putem, et ad illarum me ministerium abiciam; tum gloriosior apparebo, nempe in oculis Domini. Alia enim sunt Dei, alia hominum judicia; illa spectari debent, hæc cum illis composita, omnino contemni. Hæc explicatio non videtur difficilis, et est valde ad morale sensum opportuna.

VERS. 25.—ICITER MICHOI FILIÆ SAUL NON EST NATIS FILIUS USQUE AD DIEM MORTIS SUE (1). Punivit Deus hoc tam superbum, liberumque convictum, eo supplicio, quod inter Hebræos censetur esse gravissimum. Illa enim femina infelix putabatur, et quodammodo maledicta, quæ nullam suscepisset prolem. Quod cum aliis accideret semper molestum, huic tamen non poterat non esse longè molestissimum; quia cum esset è regio genere, et aliis Davidis uxoris illustrior, si quem è Davide filium esset enixa, ille videbatur ad regiam dignitatem esse venturus. Quo argumento Theodoretus et Procopius utuntur ad hunc locum. An verò filium Michol sive ex Davide, sive ex alio conjuge, cui illam pater ante tradiderat, aliquando conceperit, disputant interpretes. Quam nos quæstionem expediemus breviter ad cap. 21.

(1) Symbol. Michol representat paganos, Judæos, hæreticos, cæterosque impios qui Ecclesie fidem, cæremonias piurumque hominum facta irrident et calumniantur. Ita Eucher., Angelm., et S. Ambr. l. 1 Apolog. David c. 6, unde Michol Hebr. idem est quod *ovnis aqua*, ait Eucher.; aqua autem symbolum est persecutionis et persequentium, qui ut aqua in vitia carnalia diffundunt, ideòque veros, pios, et spirituales quasi sibi ex diametro adversos persequuntur.

(Corn. à Lap.)

C'est pour cette raison que Michol, fille de Saul, n'eut point d'enfants de David jusqu'à sa mort. Michol est punie par la stérilité, qui étoit alors la plus grande honte de son sexe, et l'image des âmes que Dieu rejette, comme n'étant point du nombre de ses épouses. Elle avoit paru d'abord digne de David, en préférant l'amitié qu'elle lui devoit à celle de son père, qui avoit voulu se servir d'elle pour le perdre. Mais elle parait en cette rencontre digne de Saul, amie du faste, ennemie de tout ce qui abaisse l'homme sous la main de Dieu, et la véritable fille de ce roi superbe.

(Sacy.)

Et primum ridiculum est, quod, ut in Tradit. Hebr. refert Hieronymus, existimarent Hebræi; nempe concepisse ex Davide, ac peperisse filium, nomine Jethram, et in ipso partu animam egisse; qui etiam addunt Egla fuisse vocatam. Eo verò ducuntur argumento, quia hoc loco dicitur non habuisse filium usque ad diem mortis; quasi eo die, quo filium est enixa, è vivis excesserit. Sed hanc cogitationem illud confutat, quòd Jethram ex Egla susceptus esse dicitur in Hebron c. 3, v. 5, multò ante hoc tempus; quare si in partu Michol interit, non potuit interesse, aut spectasse pompam, quæ arcam longè postea in arcem, id est, in Davidis civitatem induxit. Quomòdò autem Egla non potuerit esse Michol, eo loco à nobis demonstratum est. Neque ratio, quæ Hebræos in illam cogitationem induxit, nimis urget. Illud enim, *usque ad diem mortis sue*, non indicat, in die mortis natum esse filium, sed nunquam omnino fuisse susceptum. Hæc etenim particule, *donec, usque*, et similes, non ita excludunt reliquum temporis, ut terminum illis particulis designatum includant, quasi in illo aliquid concedatur esse factum, quod toto tempore, quo antecessit, negatur accidisse. Quale est illud Math. 4, de Josepho: *Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum*. Ex quo dicendi genere non sequitur, quòd aliquando Virgo cognita fuerit à Josepho.

Neque novum est in Scripturâ sacrâ, ut dies, aut terminus, qui proximè antecedunt hujusmodi voces, includantur in numero, vel spatio, in quo negatur, aut affirmatur aliquid esse factum. Volgaris enim est hæc dicendi forma, *usque ad mortem regnavit*, aut in *luxe fuit*, de illo, qui nunquam excidit è regno, sed tantum toto tempore ante mortem obtinuit regiam dignitatem, et luxu fuit ac voluptati deditus. Qui dixit bibendum esse calicem usque ad fæces, sine dubio ipsas quoque fæces complexus est. Sic Ezech. c. 23, cum Ps. 112, à solis ortu usque ad occasum divinum nomen dici esse laudabile, absque dubio non excludit occasum. In his formulis, quæ passim occurrunt in Scripturâ: *Ab homine usque ad pecus*, à maximo usque ad minimum, à senè usque ad infantem omnes peribant, nemo dicit aliquem esse exemptum à cæde. Sic ergo neque diem mortis Michol hic dicendi modus eximit à sterilitate.

Sunt qui putent suscepisse ante hunc articulum Michol aliquos filios, sive ex Davide, sive ex alio viro; ex hoc tamen tempore pro-

pter severam illam atque superbam reprehensionem conclusam esse vulvam, neque inquam auctam novâ prole. Quod ex eo verisimile faciunt, quia infra cap. 21, quinque filii Michol, exigentibus id obnixè Gabaonitis, in crucem dicuntur esse sublatis. Nihilominus communior est interpretum sensus, nullum ex Michol susceptum esse filium; non quidem ex Davide, quia cum ex aliis uxoris susceptos filios ad unum expresserit, de filiis Michol, quæ longè propter regium genus erat illustrior, nunquam Scriptura sacra tacuisset. Neque ex priori viro, quia hoc non videbatur prætereundum esse silentio. Et quidem ita putant Hebræi, à quibus Lyrâ non dissentit ad illud lib. 1, c. 25: *Sauil autem dedit Michol filiam suam uxorem David, Phalthi fito Lais*. Hic autem Hebræi, ut solent, multa configunt, neque de illorum fide admodum laborant. Primum enim dicunt Phalthi virum esse peritum legis, religiosum et piûm, qui cum nôset Michol habere tunc viventem virum, neque ab eo fuisse dato libello repudiî legitime dimissam, noluisse eam maritali copulâ cognoscere, atque ideò purum et cœlibem servasse thalamum. Atque ideò cum lib. 1, c. 25, vocatus esset Phalthi, postea l. 2, vocatur Phalthiel, addito Dei nomine; quod cognomentum à religiosâ castitate consecutus est. Ita Abulensis in lib. 1 cap. 25, q. 49; aliquid tamen habet ad hanc cogitationem momenti.

Cum autem huic explicationi viderentur ob stare Phalthielis lacrymæ, quas ablata uxore uberim effudit, et studium quo illam voluit in suo retinere convictu, dicitur plorasse quidem Phalthielem, præ gaudio tamen, quia cum non esset illius uxor, cui posset assuescere legitime, gaudebat vir bonus, quòd Michol legitime foret restituta conjugi, et ipse à familiarî peccandi consuetudine liberatus. Neque abnuere videtur Lyrâ, qui aliud etiam addidit ex Rab. Salomone, ideò nempe plorasse, quia ablata Michol, videbat sibi magnæ perfectionis ablatam esse materiam, cum contineret se ab eâ, quam assiduum habuit lectuli consortem. Ut enim ex eodem Rabbino refert Abulensis supra q. 48, inter se et uxorem ensem statuebat nudum, ne quis aunderet, aut posset ad

CAPUT VII.

1. Factum est autem cum sedisset rex in domo suâ, et Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis,

2. Dixit ad Nathan prophetam: Vides

s. s. ix.

alterum impunitus accedere, Aliam historia Scholastica Phalthielis genitris rationem adducit in lib. 2 Reg. cap. 4, quia non cognoverat eam, quia illa cum diligeret Davidem, tristem ad alterum virum diligeret afferebat. Quòd verò Phalthiel tantoperè voluerit eam habere secum domus thalamique consortem, eam fuisse causam nonnulli credunt, quia magnus illi ex regie conjugis consortio adveniebat splendor, qui, abente uxore, ex suâ quoque familiâ abissee videbatur. Sic illi.

Illud porrò argumentum, quod adducitur à Lyrâ, aliquid etiam momentum habet, ut putemus intactam à Phalthiele fuisse Michol, quia si David aliter de uxore cogitasset, non illam tantoperè repositisset ab Abner primùm, deinde ab Isobeth. Sanè quia concubine, quas Jerosolymæ reliquerat, violata fuerunt ab Absalom, ab illarum perpetuâ consuetudine abstinuit. 2 Reg. c. 20, v. 5. *Cumque venisset rex in domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, et tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens, et non est ingressus ad eas; sed erant clausæ usque ad diem mortis sue in viduitate viventes*. Scio hanc rationem infirmari optimè ab Abulensi in lib. 1 cap. 25, q. 49; aliquid tamen habet ad hanc cogitationem momenti.

At dices, infra cap. 21, v. 8, quinque filios attribui Michol: *Tulit itaque rex quinque filios Michol filie Sauil, quos genuerat Hadrieli filio Berceali, qui fuit de Molathi*. Josephus lib. 7, esp. 4, ex Davide dicit nullos filios peperisse Michol: ex alio verò marito genuisse quinque. Sed est communis, veraque sententia, quinque illos filios non fuisse natos è Michol, sed ex illius sorore Merob, quos ipsa, cum caret filiis, sibi ipsi à matre jam orbatos adoptavit. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus, et communiter alii. Et docet textus ipse non obscure; nam illi quinque filii esse dicuntur Hadrielis filii Berceali, qui fuit de Molathi; ad huic nuptis non Michol, sed ejus soror Merob, ut liquet ex lib. 4 Reg. cap. 18, v. 19. Imò ex hoc fit magis verisimile, nullos ex Michol natos esse filios; neque enim, si proprios haberet, adoptaret alienos.

CHAPITRE VII.

1. Le roi s'étant établi dans sa maison, et le Seigneur lui ayant donné la paix de tous côtés avec tous ses ennemis,

2. Il dit au prophète Nathan: Ne voyez-vous

ne quod ego habitem in domo cedrinâ, et arca Dei posita sit in medio pellium!

3. Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo (vade), fac, quia Dominus tecum est.

4. Factum est autem in illâ nocte, et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens:

5. Vade, et loquere ad servum meum David: Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?

6. Neque enim habitavi in domo ex die illâ quâ eduxi filios Israel de terrâ Egypti usque in diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo et in tentorio.

7. Per cuncta loca quæ transivi cum omnibus filiis Israel, numquid loquens locutus sum ad unam de tribus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

8. Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego tuli te de pascuis sequentem greges, et eses dux super populum meum Israel,

9. Et fui tecum in omnibus ubicumque ambulasti; et interfeci universos inimicos tuos à facie tuâ, fecique tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terrâ.

10. Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabit sub eo, et non turbabitur amplius, nec addent filii iniquitatis ut alligant eum sicut prius,

11. Ex die quâ constitui iudices super populum meum Israel. Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicatque tibi Dominus quod domum faciat tibi Dominus.

12. Cumque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo; et firmabo regnum ejus.

13. Ipse ædificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum.

pas que je demeure dans une maison de cèdre, et que l'arche de Dieu ne loge que sous des tentes de peaux?

5. Nathan dit au roi: Allez, faites tout ce que vous avez dans le cœur, parce que le Seigneur est avec vous.

4. Mais la nuit suivante, le Seigneur parla à Nathan, et lui dit:

5. Allez trouver mon serviteur David, et lui dites: Voici ce que dit le Seigneur: Est-ce vous qui me bâtiez une maison, afin que j'y habite?

6. Car, depuis que j'ai tiré de l'Égypte les enfants d'Israël jusqu'aujourd'hui, je n'ai eu aucune maison, mais j'ai toujours été sous des pavillons et sous des tentes.

7. Dans les lieux où j'ai passé avec tous les enfants d'Israël, quand j'ai donné ordre à quelqu'un des tribus de conduire mon peuple, lui ai-je dit: Pourquoi ne m'avez-vous point bâti une maison de cèdre?

8. Vous direz donc maintenant ceci à mon serviteur David: Voici ce que dit le Seigneur des armées: Je vous ai choisi, lorsque vous meniez paître des troupeaux de moutons, afin que vous fussiez le chef de mon peuple d'Israël.

9. Partout où vous êtes allé, je ne vous ai point abandonné; j'ai exterminé tous vos ennemis devant vous, et j'ai rendu votre nom aussi illustre que celui des grands de la terre.

10. Et j'établirai mon peuple d'Israël dans un lieu stable; je l'y affermirai, il y demeurera, et ne sera plus troublé, et les enfants d'iniquité ne l'humilieront plus, comme ils ont fait auparavant.

11. Depuis le temps où j'ai constitué des juges sur mon peuple d'Israël; et je vous donnerai la paix avec tous vos ennemis. De plus, le Seigneur vous promet qu'il vous fera une maison.

12. Et lorsque vos jours seront accomplis, et que vous vous serez endormi avec vos pères, je mettrai sur votre trône, après vous, votre fils qui sortira de vous (car j'ai préféré ce fils qui doit vous naître à tous ceux qui vous sont nés), et j'affermirai son règne.

13. Ce sera lui qui bâtera une maison à mon nom, et je rendrai le trône de son royaume inébranlable à jamais.

14. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium; qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virgâ virorum et in plagis filiorum hominum.

15. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saül, quem amovi à facie meâ.

16. Et fidelis erit deus tuus et regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus jugiter.

17. Secundùm omnia verba hæc, et juxta universam visionem istam sic locutus est Nathan ad David.

18. Ingressus est autem rex David et sedit coram Domino, et dixit: Quis ego sum, Domine Deus, et quæ domus mea, quia adduxisti me huc usque?

19. Sed et hoc parùm visum est in conspectu tuo, Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servi tui in longinquum; ista est enim lex Adam, Domine Deus.

20. Quid ergo addere poterit adhuc David ut loquatur ad te? tu enim scis servum tuum, Domine Deus.

21. Propter verbum tuum et secundùm cor tuum fecisti omnia magna hæc, ita ut notum faceres servo tuo.

22. Idcirco magnificatus es, Domine Deus (quia non est similis tui, neque est Deus extra te), in omnibus quæ audivimus auribus nostris.

23. Quæ est autem, ut populus tuus Israel, gens in terrâ, propter quam ivit Deus ut redimeret eam sibi in populum, et poneret sibi nomen, faceretque eis magna et horribilia super terram (à facie populi tui quem redemisti tibi ex Egypto); gentem et deum ejus?

24. Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum; et tu, Domine Deus, factus es eis in Deum.

25. Nunc ergo, Domine Deus, verbum quod locutus es super servum tuum et super domum ejus suscita in

14. Je serai son père, et il sera mon fils; et s'il fait quelque mal, je le châtierai avec la verge dont on châtie les hommes et avec les plaies des enfants des hommes.

15. Mais je ne retirerai point ma miséricorde de lui, comme je l'ai retirée de Saül, que j'ai rejeté de devant ma face.

16. Votre maison et votre royaume seront stables éternellement devant vous, et votre trône s'affermira pour jamais.

17. Nathan parla donc à David, et lui rapporta tout ce que Dieu lui avait dit et tout ce qu'il lui avait découvert.

18. Alors le roi David alla se présenter devant le Seigneur, et dit: Qui suis-je, ô Seigneur Dieu, et quelle est ma maison pour que vous m'avez élevé jusque-là?

19. Mais cela même vous a paru peu de chose, ô Seigneur Dieu, si vous ne donniez encore des assurances au sujet de la maison de votre serviteur pour les siècles à venir; car c'est là la loi d'Adam, ô Seigneur Dieu.

20. Après cela que peut vous dire David davantage? car vous connaissez les sentiments de votre serviteur, ô Seigneur Dieu.

21. Vous avez fait toutes ces grandes merveilles pour accomplir votre parole, selon qu'il vous a plu, et vous les avez même fait connaître à votre serviteur.

22. Vous avez donc fait éclater votre grandeur, ô Seigneur Dieu, dans toutes les choses que nous avons entendues de nos oreilles; car nul ne vous est semblable, et hors de vous il n'y a point de Dieu.

23. Où trouvera-t-on encore dans toute la terre une nation comme votre peuple d'Israël, une nation qu'un Dieu soit allé racheter pour en faire son peuple, et se faire un nom en opérant en leur faveur des merveilles et des prodiges terribles sur la terre, en présence de votre peuple que vous avez racheté de l'Égypte, en frappant le peuple de ce pays et les objets de son culte?

24. Car vous avez établi Israël pour être éternellement votre peuple; et vous êtes devenu leur Dieu, ô Seigneur Dieu.

25. Accomplissez donc maintenant pour jamais, ô Seigneur Dieu, la promesse que vous

sempiternum, et fac sicut locutus es,

26. Ut magnificentur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur : Dominus exercituum, Deus super Israël; et domus servi tui David erit stabilita coram Domino.

27. Quia tu, Domine exercituum, Deus Israël, revelasti aures servi tui dicens : Domum ædificabo tibi; propterea invenit servus tuus cor suum ut oraret te oratione hæc.

28. Nunc ergo, Domine Deus, tu es Deus, et verba tua erunt vera; locutus es enim ad servum tuum bona hæc.

29. Incipe ergo, et benedic domui servi tui ut sit in sempiternum coram te, quia tu, Domine Deus, locutus es, et benedictione tuâ benedicetur domus servi tui in sempiternum.

avez faite à votre serviteur pour lui et pour sa maison, et exécutez-la selon votre parole,

26. Afin que votre nom soit éternellement glorifié, et que l'on dise : Le Seigneur des armées est le Dieu d'Israël; et que la maison de votre serviteur David demeure stable devant le Seigneur.

27. Vous avez révélé à votre serviteur, ô Seigneur des armées, ô Dieu d'Israël, que vous vouliez lui établir une maison : c'est pour cela que votre serviteur a trouvé son cœur pour vous adresser cette prière.

28. Maintenant donc, ô Seigneur Dieu, vous êtes le Dieu, et vos paroles se trouveront véritables, car vous avez fait ces promesses à votre serviteur.

29. Commencez donc à les accomplir, et bénissez la maison de votre serviteur, afin qu'elle subsiste éternellement devant vous, comme je l'espère, parce que c'est vous, ô Seigneur Dieu, qui avez parlé; et votre bénédiction posera pour jamais sur la maison de votre serviteur, comme vous le lui avez promis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CUM SEDISET REX IN DOMO SEA, ET DOMINUS SEDISSET EI REGEM. Domuerat jam vicinos populos David, neque quid apparatus reliquum, quod armorum strepitum, et bellicam contentionem exigeret. Quare cum ex tantâ perturbatione summum esset otium contectus, cogitationem suam ad religionis cura et pietatis momenta tradidit. Quare vocavit ad se Nathan prophetam, et de re totâ cum illo seriò communicavit. Porrò hoc idem tractatur argumentum lib. 1 Paralip. cap. 17.

VERS. 2. — VIDESSE, QUOD EGO HABITEM IN DOMO CEDRINA (1), ET ARCA DEI POSITA SIT IN MEDIO

(1) Cedrus lignum erat solidum, pulchrum, corruptionis expertum, in Libano et in agro circa Babilonem et Tripolim proveniens. Hiram rex Tyri ligna et artifices ad Davidem misit, quibus regie ædes edificarentur: meritoque affirmandum est, fuisse illas pro ætate magnificentissimas. Ita verò de his agit David, eaque sunt, quæ inferius de Salomonis ejusque uxoris ædibus describuntur, ut faciliè intelligas, maximam eorum partem ex ligno fuisse. In ferventibus regionibus, eâ præsertim ætate, domus non crebris adeò periculis exiebantur, quibus nostræ sub pluvio celo procellisque ac hiemi obnoxio. Describens Polybius regias Persarum Ecbatanas ædes, que meritisimè inter pulcherrimas totius antiquitatis ædificia censebantur, illarum materiam è cypresso et cedro fuisse narrat, quæ duo lignorum genera eâ ætate inter rarissima et pretiosissima habebantur.

IN MEDIO FELLUM. Scitum est, veterum tentoria è pellibus fuisse, ac præsertim tabernaculum vel tentorium, quo arca Domini const-

PELLUM? Vidimus supra cap. 3, v. 11, missâ à rege Tyri cedros et artifices, qui regiam David molirentur domum pro tanti nominis majestate. Cum ergo rex pius habitari à se videret illustrem demum, et splendido instructum apparatus; arcam verò Dei, cui multò major deberetur cultus, et domus luculentior et augustior, quasi adhuc esset peregrina atque hospes, habitare sub pellibus, non tam in domo, quam in viatorio tabernaculo; quasi doleret de suâ prius quam de arce Domini commoditate cogitasse, de illius habitatione commodâ cum propheta deliberat. Eodem, quo seipsum modo reprehendit David, impietatis coarguit Israelitas Dominus, quia postquam ex exilio redièrent Babylonicam, plus operæ ac sumptus posuere in suis domibus construendis arandisque, quam in templis, id est, in divinis domibus molitione, cum frigeret tunc templi jampridem interruptor, saltem si superiora velamina spectes.

(Calmet.)

David dicit à Nathan: Ne voyez-vous pas que je demeure dans une maison de cède, et que l'arche de Dieu n'a pour couverture que des peaux de bêtes? La piété de David est tendre envers Dieu, et il n'est occupé que du désir de sa gloire. Il ne peut souffrir d'être dans un palais magnifique pendant que l'arche demeure sous des tentes, et il condamne par ce zèle si louable l'indifférence de ceux qui laissent les lieux saints qui dépendent d'eux dans une indolence honneuse, pendant qu'ils appliquent tous leurs soins à se faire des maisons superbes. (Sacy.)

tum opus, et privatarum domuum constructio ferveret. Sic autem Deus per Ageum cap. 1, v. 4: Nunquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, et domus ista deserta? Et v. 9: Quia domus mea deserta est, et vos festinatis unquamque ad domum suam, propter hoc super vos prohibiti sunt caeli. Vide quæ nos eo loco. Hinc constat, in eo loco, quem David præparaverat, positum esse tabernaculum pellibus intantum velis, sicut è pellibus viatores et milites parare sibi solent tabernacula. Quod etiam notavimus supra ad versum 17.

Quia in hoc libro et in sequenti Nathan nomen sapiens occurrit, de illo aliquid nos præmittamus necesse est. Et primum, quam rerum à Davide et Salomone gestarum monumentis operam navaverit, diximus in principio Proleg. 1. De illius vitâ egerunt, qui de prophetarum vitâ, et morte tractarunt. Epiphanius, Isidorus cap. 52, Theodoretus in Synopsi, et Chronicon Alexandrinum. Qui omnes dicunt, fuisse ex Gabaath Galilææ, et Davidi regi fuisse familiarem, maxime ex eo tempore, quo ab illo admonitus est, et artificiosè reprehensus de adulterio convictus cum Bethsabee, et Uriæ injustissimâ cæde. Fuisse quoque ante illud tempus familiarem, imò et assiduum regi, cujus apud ipsum grave esset et fidele consilium, quocum partiuri curas, et de summis rebus deliberare consuevisset, locus iste non obscurè docet. Observarunt autem Epiphanius, et Dorotheus, et Chronicon Alexandrinum (unde illud sumpserit, ipsi viderint) cognovisse Nathan, antequàm David Bethsabee ad turpem consuetudinem accerseret, illum aliquid aggressurum, quod minime regem, imò neque virum pudicum et honestum decreverit. Quare quam potuit occisimè e patriâ Hierosolymam advolvit, ut audacissimum illud et crudele facinus anteverteret. Sed diabolus, quem ibi Epiphanius *Belial* appellat (melius opinor, *Dorotheus Belial*) illi in viâ corpus obiecti exanimæ, quod ille cum sepultura, ne à feris laceraretur, ritè mandare vellet, tempus, quod ad maturum eventum assumpserat, extraxit. Cùm autem agnovisset, spiritu videbatur prophético, à Davide jam admissum esse flagitium, in patriam è viâ moerens reversus est. In his ego multa invenio, quæ minus videntur cum propheta spiritu consilire, cujus effectum diaboli importuna calliditas elusisse dicitur. Sed quia his non admodum assentior, neque cuiquam persuadeo, nolo me illorum propugnatores præbere. Tandem se-

nio jam confectus discessisse dicitur, et ad Gabaath patriam suam in agro tumulatus. Si qua præterea de Nathan dicenda supersunt, illa suis quæque locis poterunt explicari commentis.

VERS. 5. — DIXITQUE NATHAN AD REGEM: OMNE QUOD EST IN CORDE TUO, VADE, ET FAC (1). Non omnia, quæ loquuntur propheta, spiritu didicere prophético, sed interdum sicut ceteri hominum suis ducuntur, imò et abducuntur

(1) Nathan dicit au roi: Allez, faites tout ce que vous avez dans l'esprit, parce que le Seigneur est avec vous. David s'adresse à un prophète pour lui communiquer son dessein. Ce prophète lui donne d'abord un conseil qui ne se rencontre pas avec la volonté de Dieu. Deux prophètes cherchent Dieu sincèrement, et néanmoins ils se trompent tous deux, et ils prennent leur propre pensée pour celle de Dieu. C'est une grande instruction, selon les saints Pères, pour ceux qui conduisent les âmes. Ils ne doivent pas trop s'assurer, comme semble ici faire ce prophète, sur la longue expérience qu'ils ont que Dieu leur enseigne ce qu'ils doivent dire aux autres. « Nathan, dit saint Grégoire, avait beaucoup de preuves que l'Esprit de Dieu parlait par sa bouche, et il croit un peu trop légèrement en cette « rencontre que Dieu approuve ce que David « lui propose. » La pensée de bâtir un temple à Dieu était une chose sainte en elle-même. Celui qui le voulait faire était un saint. Cette apparence spécieuse l'éblouit en quelque sorte, et son avis, qui paraît si raisonnable, se trouve contraire au dessein de Dieu. Il y en a beaucoup, disent les saints Pères, qui ressemblent à ce prophète, et qui disent comme lui avec trop de précipitation à ceux qui les consultent: Allez, faites tout ce que vous avez dans l'esprit. Il n'y a guère d'exemple plus remarquable dans l'Écriture, pour nous apprendre qu'il faut craindre non seulement le mal, mais le bien même que l'on a dessein de faire, parce que l'on peut prendre quelquefois sa volonté propre pour celle de Dieu, et se suivre soi-même en croyant le suivre. C'est ce qui a fait dire à saint Paul: Qu'il faut être sage dans le bien, et simple dans le mal. Sapiens in bono, simplex in malo. Rom. 16, 19.

Il est aisé de discerner ce qui est mauvais lorsque l'on a le cœur simple, et que l'on ne désire que de plaire à Dieu; mais il faut une grande sagesse pour faire le bien. Car Dieu ne veut pas tout ce qui est bon en soi; il ne le veut pas de toute personne, ni en toute manière, ni dans tous les temps. Il a des personnes qu'il a choisies pour être les instruments de ses ouvrages. Il a ses règles que sa sagesse a marquées dans son Écriture, qui sont souvent contraires à celles des hommes. Il a ses moeurs, qui ne sont connues que de lui seul, comme le Fils de Dieu nous l'enseigne. C'est pourquoi on doit se délier toujours de soi-même, et se défaire de toutes ses préventions, pour se rendre susceptible de la lumière de Dieu, sans laquelle la nôtre n'est que ténébreuse.

(Sacy.)

consiliis, et prudentibus agunt conjecturis. Unde nonnunquam reprehenduntur à Deo, quod aliquid fecerint, diserintque et minus sanctè et non valde attemperatum ad rem. Exemplo esse poterit Jonas, in cujus verbis multa sunt, quæ à divino atque prophetico spiritu longè recesserunt. Neque pauca sunt in aliis, quæ ex affectu humano, potius quàm ex spiritu prophetico prodire, quæ ipsi damnant, et de quibus sibi à Deo ignosci postulant. Vide S. Thomam 2.2, q. 171, art. 5, et Gregor. Hom. 1 in Ezech., ubi hæc verba Nathan in exemplum adducit: « Sciedum, » inquit, quòd aliquando prophetae sancti, dum consuluntur, ex magno usu prophetandi quædam ex suo spiritu proferunt, et se hæc ex prophetia spiritu dicere suspicantur. Sed quia sancti sunt, per sanctum Spiritum civitatis correcti, ab eo, quæ vera sunt, audiunt, et seipsos, quia falsa dixerint, reprehendunt. Nathan etenim prophetam sanctum virum fuisse quis negat? Qui David regem et de culpa apertè reprehendit, et quæ ei pro culpa eadem essent ventura, nuntiavit. Quem tamen dum idem David, quia templum Deo vellet construere, requisisset, illic respondit: « Omne quod est in corde tuo, vade, et fac, quia Dominus tecum est. De quo illic statim subditur: Factum est in nocte illa, et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens: « Vade, et loquere ad servum meum David: « Hæc dicit Dominus Deus: Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? » Hæc verba Gregorii satis nobis hunc locum luculenter explanant, neque aliquid aliud addere necessarium est. Probat enim propheta Davidis consilium, illudque ut quamprimum ad opus conferat, jubet; quod tamen à Deo non fuisse ipse docet Deus, dum jubet, ut manus ab ædificando contineat, et alteri illius operis molitionem reservet.

VERS. 5. — NUMQUID TU ÆDIFICABIS MIHI DOMUM AD HABITANDUM (1)? Sequenti nocte hoc per prophetam Dominus mandatum dedit ad Davidem, ut cogitationem abijceret de construendo domo, non quòd illam non probaret, sed quia negotium illud arduum alterius curæ servatum est.

VERS. 6. — NEQUE ENIM HABITAVI IN DOMO EX DIE ILLA, QUÆ EDUXI FILIOS ISRAEL DE TERRA (1) Anagog. significatur Ecclesia triumphans in cælo gloriose ædificanda à Christo pacifico, in summa omnium beatorum pace et securitate, unione et concordia, æquæ ac puritate, innocentia et sanctitate. (Corn. à Lap.)

Ægypti. Rationes reddit Deus, cur in præsens non urgeat templi fabricam, neque ferat graviter, si in aliud tempus differatur. Ut enim per multa secula, ab eo videlicet tempore, quo ex Ægypto iugo Israelitarum cervicis expedit, in tabernaculo peregrinantium in modum habitavit, sic etiã in tabernaculo sub pellibus plusculum temporis habitare non erit molestum. Quòd verò commemoratio illa viatoria, et quasi castrensis, illi non fuerit in longà illà peregrinatione molesta, ex eo probat, quòd eã de re nonnunquam de populi oblivione atque inertia conquestus est: neque ulli è populi iudicibus præcepit, ut stabilem domum ipsius habitationi construeret.

Cur verò Dominus de domo stabili et certâ, ad illud usque tempus non curarit, ea ratio est, quia dux erat populi, et pro illo variis in locis, et cum illo pugnabat. Ut autem imperator abesse neque solet neque debet à castris, nisi malit imperatoris nomen amittere, sic etiã Deus, qui Deus vocatur exercituum, abesse noluit ab illorum castris, quorum manus ad inimicorum cædem et urbium vastitatem armavit. Sanè Deum, et quæ Deum referebat, arcam, quasi excubantem sub pellibus considerabat Urias, cum dixit 2 Reg. c. 11: *Arca Dei Israel et Juda habitant in papilionibus, et ego ingrediar domum meam, ut comedam, et bibam, et dormiam?* Simile aliquid ex profanis dixit apud Ovidium Laodamia de viro suo Proteus-lao, epist. 13:

Conveniunt matres Phylacades, et mihi clamant: Indue regales, Laodamia, sinus.

Scilicet ipsa feram saturatas murice vestes;

Bella sub Iliacis manibus ille gret!

Ipsa comas pectam; galeæ caput ille premetur!

Ipsa novas vestes, dura vir arma feret!

Sed dices, jam cessasse populi peregrinationem et viam, atque idè potuisse, imò et dehisce Deo domicilium extrui stabile et firmum: sicut populus ex quo in terram promissionis ingressus est, disiecit tabernaculis, stables domus habitavit. Respondet, huic rei multò antequàm subjugata foret terra promissa, fuisse à Deo maturè provisum. Deuter. 12, v. 10, ubi jubet Deus eligendum esse locum, ubi offerantur sacrificia, cum nullus ab hoste finitimo sese metus aut turbatio ostendat: *Transibitis, inquit, Jordanem, et habitabitis in terrâ quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut requiescat in cunctis hostibus per circuitum, et absque ullo timore habitetis in loco, quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in*

eo. *Illic omnia, quæ præcipio, conferetis holocausta et hostias, etc.* Hinc, ut opinor, occasionemumpsit David, ut de construendo Domino templo cogitaret, quia videbat nihil jam in terrâ Israelitide ab hoste turbari. Idè enim dicitur: *Cum sedisset rex in domo sua, et Dominus desisset ei requiem undique ab universis inimicis suis.* Cui objectioni responsio difficilis non est. Neque enim tunc Deus certam aliquam et stabilem fabricam commendat, cum cessatum sit à bellis; sed cum eò res sit deducta, ut absque ullo timore promissa terra possit ab Israelitis habitari. Hoc verò tempore, licet esset Israeliticis finibus inducta requies, non tamen sic erant res rationesque compositæ, ut non aliquis se metus, si minus in præsens, at saltem in posterum ostenderet ab hoste. Quare bellatorem voluit Deus esse Davidem, non architectum, ut sic finitimum hostem frangeret subigeretque, ut regnum omninò pacificum traderet Salomoni filio. Hoc ipsum significavit Salomon 3 Reg. 5, v. 5, qui sic ad Hiram regem Tyri: *Tu scis voluntatem David patris mei, et quia non potuit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminuentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus. Nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitum, et non est Sathan, neque occursum malus: quamobrem cogito ædificare templum, etc.*

Alia ratio traditur, cur Deus noluerit à Davide sibi templum ædificari, 1 Paralip. 22, vers. 8: *Multum, inquit, sanguinem effudisti, et plurima bella bellasti; non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.* Et 1 Paral. 28, v. 5, sic David ad principes Israel: *Cogitavi ut ædificarem domum, in quâ quiesceret arca fœderis Domini, etc. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eò quòd sis vir bellator, et sanguinem fuderis.* Quà de re postea suo loco pluribus (1).

(1) VERS. 7. — NUMQUID LOCUTUS SUM AD UNAM DE TRIBUBUS ISRAEL, CUI PRÆCEPI UT PASCERET POPELUM MEUM? Legimus in Paralipomenis: *Numquid locutus sum saltem uni iudicum Israel, quibus præceperam ut pasceret populum meum? quod utique sensum commodiorem reddidit. Discrimen hoc mutatio verborum literarum in textum reddit. Ibi pariter plus aliquid occurrit quàm hic legitur; sed in eundem sensum recidit. Porrò Deus Davidis voluntatem, templum sibi excitare meditantis, probat, ac vicissim sese illi domum ædificatorem spondet. Annumtio tibi, ait Nathan, quòd ædificaturus sis tibi Domini domum. Non omnia semper quæ vel dicta vel gesta sunt, uno eodemque loco narrat Scriptura; et cum his eandem historiam recitat, non isdem usque verbis rem persequitur;*

VERS. 8. — EGO TE TULI DE PASCUIS SEQUENTEM GERGES, UT ESSES DUX SUPER POPELUM MEUM ISRAEL. Verba sunt Nathan, quibus Dei nomine Davidem alloquitur. Primò docet Deus, quòd victi toties fuerint et subacti Israelitici nominis inimici, quòdque ex pastoritio ac rustico ministerio tam gloriosum nomen obtinuerit David, opus esse non humana virtutis et industrie, sed divinæ mandis. Neque esse aliquid deinde ab hoste vicino metendum, quoniam eadem divina manus et potentia, quæ subegit hostes, in pace deinde atque otio conservavit imperium, eòque adducit populum antiquis iudicum temporibus ante turbatum et afflictum, ut domum ipsi in eo stabilem construat et duraturnam, et nomen, si usquam alteri amplum gloriosumque conciliat. Observat autem Abulenensis q. 8, non promitti hoc loco populo, cui tunc præerat David, libertatem omnem et omnimodum otium; nam ab hostibus sæpe vicinis ab hoc etiam tempore turbatum est Israelis imperium; et non esse eo modo affligendum, quo iudicum temporibus, quando Israel dominabatur Madianitæ, Idumæi, Moabite, Palastini, à quibus sic opprimebantur, ut tempus videretur Ægyptium renovari, et species quædam proponi Chaldaæ servitutis (1).

discrimina sæpè occurrunt, nunquam tamen re pugnantia. (Calmet.)

(1) VERS. 10. — NON TURBABIT AMPLIUS. Longè pace, le ac successoribus suis regnandibus, Israel fructus; quem et perpetuum spondeo, si quidem Israel passionibus sese meis constanti fide submisserit. Promissiones hæc sunt non absolute, sed conditionibus definitæ. (Calmet.)

ET PONAM LOCUM POPELO MEO ISRAEL. Locum, scilicet stabilem et felicem, ut scilicet Israelitæ amplius non vagentur, non abducantur captivi, non miseram vitam agant, ut fecere hæcienis vexati à Philistinis aliisque gentibus. Unde explicans subdit:

ET PLANTABO ELM. q. d.: Instar plantæ et arboris radicata firmabo Israelen in Iudæa, ut in eâ firmiter et feliciter quiescat, ac opulenter et hilariter vivat.

ET HABITABIT SUPER EO, id est, in eo, scilicet loco suo, quasi umbraculo, ut eo undequaque tectus, stabilis et securus permaneat.

VERS. 11. — PRÆCEPTUM TIBI DOMINUS, QUOD DOMUM FACIAT TIBI DOMINUS. Domum, id est, prolem et familiam regiam; illa enim vocatur domus antonomastice. Cajet. per domum accipit Messiam, sive Christum, quæ hic Deus promittat Davidi Christum ex se nasciturum. Hoc verum est, at in sensu non literali, ut vult Abul., sed allegorico, quem tamen Deus hic unâ cum litterali videtur relevasse et patefecisse Davidi, ut patet ex sequent.

(Corn. à Lap.)

VERS. 12. — CUMQUE COMPLETI FUERINT DIES TUI, ET DORMIERIS CUM PATRIBUS TUIS, SUSCITABO AMEN TUUM POST TE (1), QUOD EGREDIETUR DE UTERO TUO, ET FIRMABO REGNUM EIUS. Contingit

(1) Naturalem ordinem successionis in regno mutandum censet Deus, ut Salomoni nondum nato gratificetur. Natos jam Davidis liberos excludit, ut hereditatem deferat nascituro deinceps filio; veliit eo typo innuens Messiam, verum Davidis filium et successorem ac heredem promissionum ipsius, penitus exclusis filiis carnis, Judæis scilicet reprobatos atque abjectos. (Calmet.)

Je mettrai sur votre trône après vous votre fils; et s'il commet quelque chose d'injuste, je le châtierai de la verge dont on châtie les hommes. Mais je ne retirerai point ma miséricorde de lui. Le sens de ces paroles est que Dieu conservera la couronne d'Israël dans la postérité de David et de son fils Salomon, au lieu qu'il l'a ôtée à la maison de Saül et à sa race. Mais cette promesse ne doit point s'entendre du salut de Salomon, comme si Dieu l'assurait, par ces paroles, qu'il lui ferait miséricorde, quelque crime qu'il eût pu commettre en toute sa vie. Car, outre que cette explication n'est pas assez conforme à la sagesse et à la justice de Dieu, elle est entièrement détruite par la manière dont David parle à son fils Salomon, en lui rapportant cette même promesse que Dieu avait faite en sa faveur. Voici ses paroles: « Dieu, dit-il, a choisi Salomon, mon fils, pour le faire assseoir sur le trône d'Israël; et il m'a dit: Salomon bâtra ma maison. Je l'ai choisi pour être mon fils; et je lui tiendrai lieu de père. J'affirmerai son royaume pour jamais, si persévère à obéir à mes lois et à mes ordonnances, comme il fait aujourd'hui. » Et David ajoute: « Vous donc, Salomon, mon fils, connaissez le Dieu de votre père, et servez-le avec un cœur parfait et une pleine volonté. Car le Seigneur sonde tous les cœurs, et il pénètre toutes les pensées. Si vous le cherchez, vous le trouverez. « Cui si vous l'abandonnez, il vous rejettera pour jamais. » Si quisieris eum, invenes: si autem dereliqueris eum, projiciet te in aeternum. Ces paroles seraient plus propres à nous faire douter du salut de Salomon qu'à nous en assurer, puisqu'il est certain qu'il a abandonné Dieu d'une manière très-criminelle et très-scandaleuse, sans que l'on puisse découvrir, comme le remarquent et comme le déplorent les plus grands saints, qu'il ait expié de si grands désordres par les fruits d'une véritable pénitence.

Ces paroles: S'il commet quelque chose d'injuste, je le châtierai comme on châtie les hommes, ou ne regardent que Salomon seul, ou ne s'entendent au second sens que de l'Eglise qui est le corps de Jésus-Christ, et non du Sauveur, qui est la sainteté même; mais les suivantes, que le royaume du fils de David subsistera éternellement, s'entendent en un sens beaucoup plus propre et plus véritable de Jésus-Christ que de Salomon, puisqu'après quelques siècles la royauté et la maison de David ont été détruites entièrement, au lieu que le royaume spirituel de Jésus-Christ, dont il a dit

aliquando, ut sublato auctore et conservatore rei alienius, ipsa quoque res eodem intereat temporis momento. Quo modo si quis solem de caelo tollat, idem etiam mundo tenebras inducat, necesse est. Induxit David quietem et otium Israëliti terræ, amplificavit regnum, et quandiu vixit, si modò Absalomis tempora secludas, in otio conservavit. Timeri posset, ne postquam ipse natura concessisset, extingueretur imperium, quod ab ipso robur et pulchritudinem acceperat; et moles illa tanta, labente suo conservatore ac vindice, labasceret. Ab hoc ergo metu liberat Dominus Davidem, promittitque futurum, ut filius, quem in regno successorem habebit, regnum habeat divind protectione firmatum.

VERS. 13. — IPSE AEDIFICAVIT DOMUM DOMINI MEI, ET STABILIA THRONUM REGNI EIUS USQUE IN SEMPERITERNUM. Non dubium, quin hic de Salomone sermo sit; est tamen obscurum, an hoc quod traditur de sempiterno regno, de Salomone ad litteram sit intelligendum. Nam in Salomonis stirpe non videmus relictum à Davide regnum fuisse perpetuum, cum à Roboam, qui primus à Salomone regnum excepit, decem tribus ad alienum dominatum abierit. Et toto Babylonicæ captivitatis tempore reliquæ tribus regem habuerint nullum è Davidico genere. Sed eâ de re instituitur statim peculiaris disceptatio.

VERS. 14. — EGO ERO EI IN PATREM, ET IPSE ERIT MIHI IN FILIUM. Magnus hic indicatur in Davidem et illius posteritatem affectus, quando Deus et paternam sedulitatem promittit, et talem ex illius genere suavitatem capturum se esse dicit, qualem ex suâ sobole capere parentes solent. Sed fortasse his verbis aliquid subauditur conditionale. Quasi dicat Deus: Tunc ero posteris tuis pater, amplectarque illos indulgenter et molliter, cum ipsi erga me filiorum observantiam colere voluerint. Tunc enim agam cum illis severius, et ab illorum intemperie pœnas exigam, sed quales ab indisciplinatis filiis exigit pater, qui id agit sæviendo, ut illos ad officium et disciplinam reducat. Quod statim magis explicat, dum ait:

QUI SI INIQUE ALIQUID GESSERIT, ARGUAM EUM IN VIRGA VIRORUM, ET IN FLAGIS FILIORUM HOMINUM. Hic explicatur conditio, quæ obscuris proximè videbatur inducta. Ait autem, si filii ali-

lui-même qu'il était roi, mais d'un royaume qui n'est point de ce monde, durera véritablement dans tous les siècles, selon que l'Eglise le chante: Cujus regni non erit finis. (Sacy.)

quid moliti fuerint improbus, esse virorum virgâ scelerrum vindicæ mulctandos. Quod statim per exegesis, opinor, docet explicatius, dum hanc virgam plagas hominum vocat. Sed hic occurrit explorandum aliquid, an illud, *virorum et filiorum hominum*, ita sit accipiendum, ut talibus Davidis posterî afficiantur plagis, quales homines patiuntur, sive à Deo, sive ab homine; vel certè quales solent homines hominibus infligere. Si priori accipias modo, id est, si plagam aut virgam passivè capias, sensus erit, subituros quidem esse plagas Davidis filios, quales homines patiuntur à Deo, quorum Deus miseretur, et sicut benevolus pater dum flagellat, id spectat, ut pervicaces filios in officio et disciplinâ contineat; at cum diabolus punit, nullâ in illum misericordiâ commotus est, neque flectetur in aeternum. Ad hunc sensum accommodatè subditur: *Misericordiam autem meam non auferam ab eo*. Si virò plagam activè sumas, sensus erit: Castigabo peccatores filios, aut hominum virgâ, quia homines in illorum aut cadem aut infortunium arambo; aut castigabo quomodò hominem homo castigare solet, qui ita premit, ut non omnino comprimatur, neque omnia aut auferat aut delectat, quæ humanis commoditatibus serviunt, quia hominum debilis est et angusta manus.

Ex his expositionibus illa est communi omnium penè interpretum opinio recepta, quæ in hominum virgâ bella intelligit, et alia humani corporis incommoda. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus: « Virgam, inquit virorum gladium vocat in micorum; plagæ verò filiorum hominum sunt incommoditates corporum humanorum, et quibus propter peccatum suum homines à Domino meritò flagellantur. » Eodem penè modo Abulensis, Cajetanus, Lyra, Dionysius. Gladius autem hominum arma sunt Dei, sicut creaturæ omnes, quas Dominus contra peccatorum armavit insaniam. Et quidem cum à Domino defect Salomon, et se alienarum mulierum amoribus et sacris implicuit, multi in illum suscitati sunt hostes, qui ad illud usque tempus neque ausi fuerant contra nutrire, ut habes l. 5 Reg. c. 11, v. 14: *Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio*. Et v. 25: *Suscitavit quoque et Deus adversarium Razon filium Eliada*. Et v. 26: *Jerobam quoque filius Nabat, etc., levavit manum suam contra regem*. Hæc fuit virgâ hominum, quæ Salomonem jam à paternâ

pietate, imò et à patriâ religione degenerem insectata est. Quam verò non solum externi hostes, sed et decem cognatæ tribus jam à regio Davidis dominatæ, et quasi à suo corpore diversæ Salomonis posteros pertinaciter et assidue vexarint, sacra docet historia.

Ad extremum addo, non ut probem, sed ut alii ad rideant aut doleant incredibilem Rabbinorum stuporem, qui nihil putant sibi non licere, et quid aut sacra fides, aut sana ratio postulet, neque meditantur, neque curant. Cum enim, ubi nos habemus: *In plagis filiorum hominum*, ipsi juxta Hebraicum textum legant, *filiorum Adam*, sic à filiis Adam inflictam Salomoni plagam somniarunt. Verba repetam Lyra in hunc locum, quæ sumpsit ex eo, et multis confutavit Abulensis, q. 11: « In Hebræo, inquit, habetur, *in plagis filiorum Adam*, quod exponunt Hebræi de Adam primo homine, dicentes quòd Adam in centum tribus annis, quibus continuè se ab uxore suâ Evâ propter interfectionem Abel, et demones succubi jungebantur ei, et concipiebant ab eo, et pariebant demones; et isti fuerunt filii Adam, qui, ut dicunt, incitaverunt Salomonem ad peccandum; et per hoc divinum fuit regnum tempore filii sui. » Quis non videat, quàm isti longè abeat non à pudore solum et veritate, sed etiam à sanâ philosophiâ?

VERS. 15. — MISERICORDIAM AUTEM MEAM NON AUFERAM AB EO, SICUT ABSTULI A SAUL, QUEM AMOVI A FACIE MEA. Homines, cum alios insectantur, quia non semper possunt, quæ vires sunt exiguæ, funditis delere, aliquid relinquunt aut vite subsidium, aut dignitatis ornamentum; Deus verò, cui nihil est arduum, nihil non obnoxium, sic interdum afficit quos punire vult, ut supersit nullum sive dignitatis, sive facultatis antiquæ monumentum. Quo modo Sodomæos olim incendio, et ante universum orbem generali cataclysmo subvertit; et proximè Saülis domum, ex quâ reliquit neminem, qui regni nominis in posterum memoriam conservaret. Sed Deus mitius aliquid promittit Davidico generi, si illud aliquando peccare contingat: sic enim premet, ut non opprimat; sic afficiet, ut non omnino conficiat et perdat. Quod reverè præstitit, dum penas exegit à Davidis posteris, quos ita mulctavit, ut non prorogis erga illos desierit esse misericors. Ita ex illa nobilissimâ plantâ ramus et luxuriam non excessit, ut omnino stirpem eliserit, ex quâ quotidie nova pullularent

germina; ac tandem ex radice Jesse virga prodiret, et ex eâ flos, qui mille mundo usus et delicias afferret. Amovisse porrò Deus dicitur à Saule faciem, quia illius curam videtur abjecisse prorsus. Ex idiomate enim Scripturæ, *avertere, abscondere, aut amovere faciem ab aliquo*, seu, quod idem est, *aliquem à facie*, idem valet, quod, non curare, neque aliquid habere pensi, quid quisque patiat. Sicut, *intendere oculos*, aut *ponere faciem super aliquem*, singularem aliquam curam et præcipuam benevolentiam significat.

VERS. 16. — ET FIDELIS ERIT DOMUS TUA, ET REGNUM TUUM USQUE IN AETERNUM ANTE FACIEM TUAM. Verbum *aman*, in conjugatione niphâl, quæ passivæ significationis est, idem valet, quòd, *firmam esse, robustum, fidelem et verum*. Fieri autem solet, ut cum vox aliqua sit polysyllaba, interdum à nostro interprete in eâ significatione sumatur, quæ aut obscurior est, aut minus ad rem propositam accommodata. Quod etiam non rarò faciunt profani, ut pluribus ostendimus ad illud Psal. 67 : *Etenim non credentes*, in defensione Vulgatæ contra Calvinum. Nequæ hoc tantum loco, *fidele pro firmo* sumitur, ac *stabilis*, ut 3 Reg. 11, 38; Isaïæ 22, v. 25; Actor. 13, v. 54. Et quidem si rectè utriusque vocis proprietatem expendas, nihil penè differt *firmum à fideli*; fidelis enim dicitur, cui fides non est aut levis, aut venalis, et cui te ac tua tutò possis committere. Quæ vox ad inanimata neque rarò neque ineleganter traducitur. Fidelem vocamus murum aut columnam, quibus propter firmitatem pondus imponimus, neque ipsa ponderi aut cedunt aut succumbunt. Sanè ad vetustatem *fidelem* dicit esse terebinthi materiam Plinius lib. 43, c. 6, id est, firmam, ut durat diu. Et Cicero epist. 47, lib. 16, domum appellat *fidelem*, quæ videlicet firmâ consistit structurâ; neque, quia dolium in materiâ aut constructione eclat, ruinâ subitâ inhabitantes obterit. Quam nunc *fidelem* appellat domum, statim firmum vocat thronum et duraturum jugiter, quæ prius clausulæ explicatio est.

ANTE FACIEM TUAM. Hunc locum nonnulli, quia vident Davidem spectaturum nunquam posterorum regnum, ad quorum ætatem non perveniet, aliquid putant esse supplendum; nempe, *quæ nunc est ante faciem tuam*, quam modò vides, neque tamen postea visurus es. Ego in ante futurum tempus explicari existimo, sicut in post præteritum, id est, quod nobis à tergo relictum est. Sumitur autem, ut opi-

nor, metaphora à viatore, cui similis est, qui vitam nunc agit, et præteritos annos post se relinquit. Nam sicut viator quod confectum est via, post se relinquit, et ante faciem habet, quod superest spatii, sic etiam qui vitam agit, exactam ætatem relinquit à tergo, et in futuram intentam habet mentem et faciem.

Antequàm hinc nostra emergat commentatio, observo ex usu Scripturæ non totum sapè aliqui-jussermonem à sacro historico referri, sed interdum illius brevem quamdam adhiberi summam; quod tamen in proprio loco prætermissum est, id ex aliis locis esse supplendum. Quam ego observationem addoxi in Commentariis in Acta cap. 2, ubi cum orationem Petri retulisset Lucas, subdidit : *Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, et exhortatur eos dicens : Salvamini à generatione istâ pravâ*. Sic sanè existimo nullò plura dixisse Nathan Davidi in hac oratione, quam ad illum habuit, de qua nuper;

quorum multa ex aliis Scripturæ locis apertè deducimus. Primùm habemus, promissiones hæc de aeterno Davidici generis solio, deque in ejus domo felici rerum omnium eventu, esse conditionales. Sic enim ait David ad Salomonem filium, lib. 3 Reg. cap. 2, v. 4 : *Ut confirmet Deus sermones suos, quos locutus est de me, dicens : Si custodierint filii tui vias meas, et ambulaverint coram me in veritate, in omni corde suo, et in omni animâ suâ, non auferetur tibi vir de solio Israël*. Idem lib. 1 Paral. cap. 28, v. 7. Quo modo promissio facta Heli de aeterno in suo genere sacerdotio conditionata fuit, lib. 1 Reg. cap. 2, v. 50 : *Loquens locutus sum, ut domus tua, et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus : Abiit hoc à me; sed quicumque honorificaverit me, glorificabo eum, etc.*

Habemus secundo, eodem loco ostendisse Dominum per Nathan Davidi causam, cur non fuerit illius manibus aut industriâ ad sui nominis religiosum cultum templum excitari. Quod ipse docuit David, dum ad Salomonem filium, 1 Paral. 22, v. 7 : *Dixitque David ad Salomonem : Filii mei, voluntatis mee fuit, ut edificarem domum nomini Domini Dei mei; sed factus est sermo Domini ad me, dicens : Multam sanguinis effudit, et plurima bella bellasti : non poteris edificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. Filius, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus, etc. Ipse edificabit domum nomini meo; et ipse erit mihi in filium, etc.* Nisi dicamus, quod in hunc locum visum est Cajetanum, aliis temporibus Deum sive per Nathan, sive per pro-

phetas alios allocutum esse Davidem, et ad priorem hunc etiam sermonem addidisse. Quod quidem in Scripturâ sacrâ non apparet, facit tamen verisimile, quia lib. 1 Paral. cap. 28, quædam specialia addidit David, quæ non videntur à Nathan prophetâ fuisse prædicta; ut quòd Salomon, qui tunc natus non erat, ex omnibus ad regnum templique molitionem fuerit electus. De quo David ad principes Israel : *De filiis meis elegi (Deus) Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini super Israël, dixitque mihi : Salomon filius tuus edificabit domum meam*.

Hæc quæstio occurrit multis in locis à Patribus versata, ut Psal. 88 et 71, qui de Salomone inscribuntur, in quibus cum aliquid occurrat, quod minimè possit in Salomonis ætatem et regnum convenire, de Christi regno, qui Davidis fuit filius, quidam interpretantur. Sic etiam hoc loco, cum aeternum regnum Davidis filio promittatur, quòd illi aeternum esse non potuit, et à quo illius posteri tandem exciderunt, ad Christum referunt nonnulla saltem eorum, quæ hic ex Nathan prophætæ vaticiniis accipiunt. Unde fit, ut variæ sint de istius loci interpretatione sententia. Quidam hunc locum tantum putant in Christum Servatorem convenire, et nullo modo in Salomonem, sicut et alii, qui prædictos Psalmos Salomonem eripiunt et adscribunt Christo. In his sunt Tertullianus l. 5 contra Marcionem c. 20; Angelomus, Glossa; et facit titulus Pauli ad Hebr. c. 1, v. 5, qui de Christo interpretatur illud : *Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium*. Hebræorum magistri solum hic Salomonem intuentur, quibus videtur Cajetanus subscribere.

Communis est sententia, quædam ad litteram de Salomone, quædam de Christo esse intelligenda; et in regno Salomonis, licet non aeterno, sempiternum Christi regnum adumbrari. Ita Augustinus l. 17 de Civit. c. 8 et 9; Lyra, Dionysius, Hugo, Serarius, et ex parte Abulensis, q. 9. Pro cuius rei intelligentiâ observandum est, quod ex Hieronymo notavit hic Dionysius, quædam de Salomone dici prout est certa quædam persona; puta, ut est filius Bethsabee, ut idola coluit, ut intemperantibus indulset libidini, ut alia fecit plurima, in quibus nihil apparet esse mysticum. Quædam prout Christi fuit imago, in quâ aliorum quædam spectamus, quam capere possint Salomonis angustia. Priora illa propria sunt Salomonis, neque à Salomonis meritis ac vitâ aliò traducuntur. Quædam ita sunt typus Christi servatoris et umbra, ut

in Salomone imperfecta videantur et inchoata; in Christo verò Domino in summam perfectionem adducta. Abulensis supra, quæ hic dicuntur omnia per Nathan, de Salomone intelligi posse constanter affirmat, ut quòd regnum sit futurum pacificum et in aeternum duraturum, et quòd ab illo non sit, quemadmodum à Saule, auferenda misericordia. Et certè illius cogitatio mihi difficilis non est, tum quia promissio illa conditionata est, neque impleri debuit, cum Salomon omninò, et illius posterorum plerique conditionem abjecerint; tum etiam, quia aeternum, sempiternum et similia, longum spatium aliquando ex usu Scripturæ, non ab omni tempore absolutum significant. Verùm ille nihilominus hæc eadem putat altiori quodam modo exponenda de Christo. Sunt autem aliqua, quæ ita sunt Salomonis propria, ut nullo modo debeant quæ possint ad Christum accommodari, licet nonnulli id facere conentur, quale est, illum arguendum esse, si aliquid aggressus fuerit iniquè. Quod quam absit longè ab eo qui peccare non potest, quis non videt? Vides hæc de re interpretes ad Psal. 71 et 88, qui hæc de re fusè aique accuratè disputant.

VERS. 18. — INGRESSUS EST AUTEM REX DAVID, ET SEDIT CORAM DOMINO, ET DIXIT (1). Ex capite præ-

(1) S. Simeplicasus, qui S. Ambrosio in episcopatu Mediolanensi successit, proposuit hanc quæstionem S. Augustino, cur David tam pius sedendo oraverit, cum fidelis gentilem ore soleant, ut oravit Christianus in hortu, Matth. 26, et Stephanus in martyrio Actor. 7, et S. Paulus in ergastulo Ephes. 3, 44. Cui respondet S. August. lib. 2 ad Simeplicasum, quest. 4, nullum gestum oranti in lege fuisse præscriptum, sed liberum fuisse quolibet uti, qui ejusque conditioni et devotioni foret accommodus; et Nam et stantes, inquit, oramus, sicut scriptum est : *Publicanus autem de longe quinq; stabat*; et fixis genibus sicut in Actibus Apostolorum legitur; et sedentes, sicut ecce David et Elias. Nisi autem jaentes oraretis, non scriptum esset in Psalmis : *Lacubato per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo*. Cum enim quisque orationem quart, colloca membra sicut ei occurrerit, accommodata pro tempore potest sibi corporis ad movendum animum. Davidis humilitatem celebrat S. Chrysostomus (vel quisquis est auctor, stylus enim indicat fuisse Latinum, non Græcum) : *Agroverat, inquit iste sanctus, quod Genes. 18 dixit Abraham deo : Ego sum terra et cinis*. Et singuli ita deo dixerunt, ut forma esset perfecta humilitatis : *Ergo quis sum ego, Domine mi? Ecce se nihil esset dixit, et servum esse non negavit, quia omnis qui confitetur servitutem, meretur gratiæ libertatem. Ergo dicit : Quis sum ego, Domine mi? Videtis ubique regnare gratiam, ubique pia viscera possidere, oer*

cedenti didicimus, in regia domo, quam sibi David construxerat in arce Sion, destinatum esse locum, ubi religiosus cultus impenderetur arce. Extra illud, ut apparet, conclave, accepit David vaticinium istud à Nathan; deinde illà tam illustri promissione exultans et gratulabundus ingressus est augustum illud et venerabile sacrarium, ut gratias ageret pro singulari illà liberalitate, et aliquid præterea oraret, quod ad promissionis illius rata et certa complementa pertineret. Dicitur autem *sedisse coram Deo*, non quia desidem sumpsit et mollem oratoris habitum; id enim minime decebat illum qui supplex esset, et benevolam Deum habere vellet, apud quem sciebat neque infirmam esse neque ingratoram fore orationem illius qui abjecta procul ambitione regià, ad terram se pronus abjecisset. Sedebat igitur non ad quietem et ignavam otium, neque sedebat propriè, sed eo dicendi modo significabatur diuturna in orando constantia, quia diutius homo sedendo, quam stando, aut incurvato corpore perseverat. Nisi mavis, sedisse regem non in solio, sed humi et in pulvere, quod faciunt qui aut animi aegritudinem ostendunt, aut humilem profitentur et sordidam vitæ conditionem. Quomodò Hierosolymam sedisse dicitur, cum orbata fuit filiis, quos Chaldaeorum barbara crudelitas in exilium abduxit, Thren. 1, et senes, Thren. 2, v. 10, eandem ob causam sedisse dicuntur, et cinere conspersisse capita. Et quidem cum Isaias c. 47, fortunæ conversionem et ancillarem sta-

humile illustrare, benignos sibi redigere, et confessores suos ditare. Et paucis interjectis: « Noverat se pastorem esse ovium, et non genere nobilitatum. Sed quando factus est nobilis, agnovit se ex nihilo fuisse sublevatum, et quia non est oblitus, quis natus erat, perseveravit in culmine regali. »

(Corn. à Lap.)

Alors David alla à s'asseoir devant le Seigneur, et dit: Qui suis-je, ô Seigneur mon Dieu? Les saints ont remarqué, que David parait en est état devant Dieu, pour faire voir par cette posture même de son corps, la joie humble et la parfaite tranquillité de son âme: comme le Saint-Esprit, pour cette même raison, descendit sur les Apôtres et sur les premiers fidèles, lorsqu'ils étaient assis. Ce cantique est tout plein de sentiments de la reconnaissance sincère de David pour tant de grâces qu'il avait reçues de Dieu, dont il se trouvait heureusement reconnaissant. C'est un langage du cœur qui sera aisément entendu de ceux qui entendent dans cette profonde vénération que demande de nous la majesté d'un Dieu qui s'abaisse jusqu'à combler de grâces des créatures d'autant plus indignes de sa bienveillance, que leur indignité ne leur est jamais assez connue.

(Sacy.)

tum Babyloni prædicit, monet, ut descendat à solio, et in pulvere sedeat, quod hoc tempore videtur fecisse David: *Descende, inquit, sede in pulvere, virgo filia Babylon; sede in terra, non est solium filia Chaldaeorum, quia ultra non vocaberis mollis et tenera.* Et ita putat Josephus, qui l. 7 Ant. c. 4, tradit, prociuisse Davidem in faciem suam, id est, osculatum esse terram, et stratum humi supplicantis more Deum adorasse.

QUIS EGO SUM, DOMINE DEUS, ET QUÆ DOMUS MEA, QUIA ADJEXISTI ME HUC USQUE? Audierat David à Nathan, unde herit ad regium solium, et summum inter Israelitas ordinem sublatus. Ego, inquit, tui te de pascuis sequentem grege, ut eses dux super populum meum. Illa igitur secum cepit meditari primum optimus orator David, quæ à Dei internuntio propheta primum audierat. Quare refert primum oculos et animum ad statum et locum unde assumptus est, ad familiam nimirum humilem et tenuem, ad caulas et pascua, ubi juveniles annos et etatis cunabula posuerat; deinde ad regium nomen et splendorem traducit, ut ex dissimilium rerum contentione magis appareret divitiarum profusa liberalitas. Quasi dicat: Equis ego quondam? equis ego modò? Quis mihi ex pastoritio gurgustio ad domum istam luculentam, ad cedrinam basilicam aditum aperuit? Quis me eò provexit, ut cum paucorum ovicularum pastor fuerim, rex jam appeller, et pastor populorum? Hoc primum modo Deus illos instituit, quos ad sublimem gradum et ad suam familiaritatem advocat. Quod secundum iterum atque iterum versare debet, quicumque progressus in re spirituali facere voluerit. Si cutus bonus discipulus illa identidem secum meditatur, et versat, que accepit à doctore. In illo porrò: *Adjuxisti me huc usque*, videtur meditari esse David, per quot ipsum discrimina Deus ad regiam amplitudinem extulerit, quemadmodum ad illud fastigium ascensus arduum expedit, et hominem imperium belli, et penè inermem è potentissimorum hostium manibus, et quotidianis penè insidiis eriperit. Quod de his verbis paulò ante fuerat à propheta propositum. *Fui tecum in omnibus ubicunque ambulasti*, etc.

VENS. 19. — SED ET HOC PARUM VISUM EST IN CONSPICUO TEO, DOMINE DEUS, NISI LOQUERERIS ILLIUM DE DOMO SERVI TUI IN LONGINQUA. Meditatur idem David, quod secundo loco audierat à propheta; nempe in domo suà æternum fore solium, ad quod ipse è rure curaque pastoralis

conscenderat. Ait ergo eo Dominum affectum esse studio in abjectum hominem, ut non satis haberit illum in summo rerum fastigio consistere, nisi etiam dignitatem illam primam in suà familià vellet esse perpetuam. Videtur autem hoc loco David explicuisse, quid sit illud, *in sempiternum*, cum de posteriorum throno esset inductus sermo; nam pro voce illà, *in longinquum* supposuit. Ex quo constat, quod non semel à nobis observatum est, *æternum, sempiternum*, et quæ immensum aliquid et perpetuum sonant, magnum aliquando et diuturnum tantum significare. Est autem priori loco *ad olam*; in posteriori verò, *le meracoth*; quæ vox nihil sonat absolutum à terminis, sed quod conclusum finibus longè protenditur.

ITA EST ENIM LEX ADAM, DOMINE DEUS. Hic locus variè à variis exponitur. Quidam in Adam hominem intelligunt exitium et heremum, qui et ipse magnus sit, et ejus progenies, utpote ex nobili stirpe, existimetur nihil cogitatura sordidum, nihil non ingenuum: quod cum de se non sentiret homo verè humilis, neque de suà posteritate speraret, tam insignem Dei in suam familiam, tanque liberalem benevolentiam mirabatur. Alii contra in Adam hominem intelligunt vilem; quod ipsa nominis notatio præ se fert, cum Adam idem valeat, quod *terrenus et lotens*. Tunc autem adhibenda est interrogatio nota, in hunc sensum: Sicine hominem terrenum et vilem amplecteris et ornas, quasi in eo multa non essent, quæ vilissimum illum esse docent, et jure plus quam optime contemnendum? Nonne lex à principio lata contra Adam, à quo mortalium nemo nascitur immunis, mortem illi, laboremque minatur? Quid est ergo, quod me, genusque meum quodam modo æternum esse vis, et gloria, quæ omnium censetur maxima, cumulat? Quid est homo, quia magnificas eum? Aut quid apponis eum cor tuum? Alii id putant à Davide significari, nihil homini in votis esse potuisse, quod non fuerit sibi à Domino concessum. Hæc est enim rationali nature insita lex, hæc innata cupiditas, ut suam quisque commoditatem et vitam, deinde filiorum dignitatem et gloriam quarat tueaturque. Id autem totum à Deo consecutus est David, qui ex mille ereptus fuit periculis, et id tandem obtinuit, quod in hominum cœtu putatur esse maximum; et hoc idem posteris quasi hereditarium et perpetuum reliquit. Hæc inclinant Cajetanus, Dionysius, Hugo et Abulensis, q. 11, ubi sic locum istum exponit: non aliter Adam,

id est, homo, filiorum commodis in posterum consulere, quam tu mihi generique meo consulisti. Hieronymus ex sententià Hebraeorum in Tradit. Hebr., quem Lyra sequitur, Dionysius, et Hugo, et Abulensis supra, sic exponunt: « Hæc est lex Adam, quam debet homo servare cum Deo, ut illi in simplicitate cordis et puritate serviat, et Deus de illius sit commoditate sollicitus. » Ex omnibus magis mihi probantur expositiones tertia et quarta.

VENS. 20. — QUID ERGO ADDERE POTERIT ADHUC DAVID, UT LOQUATUR AD TE? *Loqui hoc loco idem esse videtur quod orare.* Quasi dicat David, sic Deum fuisse in largiendo liberalem, ut nihil sit reliquum (de humanis id intelligo commodis) quod ab illo deinceps aut petat aut cupiat. Aut certe non esse quid aliud loquatur, quam quod locutus est nuper, cum dixit, Deum eo se modo gessisse cum Adam, et illorum progenie, quo pater in filios. Cum autem necesse non sit (cum ipsa natura Adam, id est, hominis et lex illi cognata satis moneat et urgeat) admonere patrem, aut urgere precibus, ut filiorum commodis sedulus invigilet, sic etiam neque necesse est orare Deum, nisi ut animum in nos paternum obtineat conservetque: quia cum illà paterni animi sedulitate, omnes nobis commoditates adveniant, neque ipse ignorat, quid nobis futurum sit usui, ut maturè provideat, quidve nocimento, ut illud à nobis procul amoveat. Quare commodè subditur:

TU ENIM SCIS SERVAVI TUEM, DOMINE DEUS. Quasi dicat: Tu me penitus et in cute nosti, atque scis quibus rebus aut commodis indigeam: quare necesse non est, ut tibi ego quid mihi sit necessarium aperiam. Cum ergo quæ necessaria nobis et nosti et inesse vis, præstare possis, non erit cur aliud abs te humana fragilitas exposcat, nisi certè nostrum esse parentem recorderis, cum animum habeas sic in nostram utilitatem amanter affectum, ut rebus, et eam potentiam, ut facile possis paupertati nostræ subvenire quantum oculus, et conjuratam inimicorum manum repente confringere. Quod Christus ipse faciendum præcepisse videtur, dum dicit *Matth. cap. 6: Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici; putant enim quod in multiloquio suo exaudivantur: nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.* Sic ergo vos orabit: *Pater noster, etc.* Quasi dicat: Si Deus vobis sit pater, de omnibus erit vobis abundè provisum. Dixit hoc idem profanus quidam, qui docuit vota nostra diis esse permitienda, qui

nōrunt, quid nobis futurum sit magis ex usu, et quia multo chariores illis sumus, quā nos ipsi nobis, illa non negabunt. Is est Iuvenalis satyra 10, ad suam:

*Nil ergo optabant homines? si consilium vis
Permittit ipsis expendere numibus quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris;
Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt di;
Charior est illis homo, quā sibi.*

Hæc mihi explicatio non displicet, neque aliam quærerem, nisi in aliam me vocaret locus idem lib. 1 Par. c. 47, v. 18, qui sic habet: *Quid ultra addere potest David, cum ita glorificaveris servum tuum, et cognoveris eum? Quæ verba aperte significant, nihil esse reliquum, quod à Domino postulet David, cum ita ab illo fuerit cumulatus donis, et ornatus gloria. Quod verò subditur: Et cognoveris eum, nihil esse aliud existimo, quā superioris clausule subiectam explicationem: ex usu enim Scripturæ, cognoscere aliquem, idem valet, quod amare, ornare, et curam de illo suscipere paternam. Sic Deus Osæ c. 15, dicit ad populum, quem paternum in modum aluit in solitudine: *Ego cognovi te in deserto et terrâ solitudinis.* Et Amos cap. 5: *Tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ.* Sic ergo glorificari à Deo, et cognosci Davidem, nihil opinor esse aliud, quā Deum illum esse complexum ut filium, et ad regie dignitatis gloriosum gradum extulisse.*

VERS. 21. — PROPTER VERBUM TUUM, ET SECUNDUM CORD TUUM FECISTI OMNIA MAGNALIA HÆC, ITA UT NOTUM FACERES SERVO TEO. Paulo aliter lib. 4 Par. c. 47, v. 19: *Nomine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, et nota esse voluisti universa magnaalia.* Nihil ex tot beneficiis David suis meritis ascriptum esse vult, sed tantum benignitatis divinæ refert acceptum. Fecit enim Deus, quæ supra commemorata sunt à Nathan, nempe ut è causis ad regnum promoveret, ut ab hostili manu atque invidiâ defenderet Davidem, et quod è Davidico semine aliquis regno præesset Israelitico, ut fidelis esset in promissis. Sæpe namque Deus à Davide consultus promittit certam de hoste victoriam, ut lib. 1, cap. 25, cum à Palestinis obsidebatur Ceila. Et cap. 50, cum ab Amalecitis vastata est et incensa Siceleg. Et 1. 2, cap. 5, bis Dominus Davidi victoriam promittit de gente Philistinâ. Jure igitur felices bellorum eventus divinorum verborum promissioni fideli, non suis meritis, ascribit David. Quod autem addit, *secundum cor*

tuum, animum indicat Dei benignum et liberalem, quique in bene de aliis et munifice merendo delectatur. Quasi dicit David, ex fidei delectatione, et naturâ ad omne humanitatis genus incitatâ et pronâ, illa tot beneficia fuisse profecta.

In loco citato Paral. dicitur: *Propter famulum tuum fecisti*, etc. Ubi alia additur causa, propter quam illa Dominus operatus est magnaalia de quibus proximè, et alia, quæ non solum apud suos, sed etiam apud externos Davidis memoriam, et ad res arduas virtutem et industriam commendârunt. Qualia fuerunt, victum penè ab inermi Goliath, et toties victos finitimos populos, in quibus id spectasse videbatur Deus, ut magnus apud omnes haberetur David. Nisi mavis hoc à Davide fuisse dictum, quia, ut erat animo ingenio, totum illud beneficiorum pondus in seipsum recepit, neque voluit cum aliis habere commune, ut magis se oneratum beneficiis agnosceret, et gratias pro illis ageret assiduas. Quo modo Paulus ad Galat. 2, rem se esse dicit, et causam Christi mortis, neque in alios quidquam illius ponderis derivat. *Qui dilexit, inquit, me, et tradidit semetipsum pro me.* Lege ibi Chrysostomum et Bernardum ad illud Cantic. 2: *Dilectus meus mihi.* Oportet autem meminisse in libris Paralipomenon sic referri eorum plurima quæ in libris Regum continentur, ut tamen addantur alia, quæ in libris illis præmissa sunt. Quare si quid videtur superioribus esse contrarium, contrarium non est, sed omissum prius et nunc additum superiori relationi. Quod multis locis observato opus est, quia hujus generis occurrunt non pauca. Fecit quidem Deus admiranda propter verbum suum, quod legis in hoc cap. 7, sed fecit etiam propter Davidem, ut illi bonum conciliaret nomen, et regnum redderet fortunatum, quod omissum ante fuerat, et nunc additum c. 7 Paral.

ITA UT NOTUM FACERES SERVO TEO. In Paralipomenon: *Et nota esse voluisti universa magnaalia.* Utroque loco significantur illa magnaalia, quæ supra commemoravi Nathan, et nunc secum meditari David, manifesta fuisse. Hoc loco nota dicuntur esse Davidi, sive quia ignorare non potuit, quid esset à Deo, et quo factum consilio; sive, quod potius reor, quia illud Deus servo suo Davidi, id est, in Davidis gratiam, omnibus notum esse voluit, ut illud observarent, quasi aliquid à Deo concessum, non divinitus, et amarent ut Deo gratum, et de patris bene atque prolis meritum. Ita

ut datus ille, servo tuo, ut grammatici dicunt, sit acquisitionis. Sanè in hebraico textu tam magnaalia, quàm servus, in accusativo sunt. In libro Regum, *le odiah et abdechâ*; id est: *Ad manifestandum servum tuum.* Et in Paral., *le odiah col ha geduth*; id est, *ut manifestares omnia magnaalia.* Manifestavit itaque, si utrumque locum conjungas, Dominus magnaalia sua, ut per illa servum suum Davidem manifestaret.

VERS. 22. — INCIRCŒ MAGNIFICATES ES, DOMINE DEUS, QUIA NON EST SIMILIS TUI, etc. Tam ex his, quæ in Davidis causâ, quàm quæ antiquis populi temporibus operatus est Deus, quorum accepit, conservatque memoriam gens Israelitica, satis ostendit Deus, in diis gentium sibi similem esse nullum; imò et præter ipsum nullum esse Deum; imò et præter ipsum quem nuper adduxi, nempe ex rebus sive in Ægypto ad populi libertatem fecit, sive in terrâ promissionis, ut in illam, ejetis antiquis possessoribus, Israelæm induceret, illustre sibi atque admirabile comparasse nomen. Sic Isai. c. 65, v. 12: *Qui scribit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum.* Et statim: *Adducisti populum tuum, ut faceres tibi nomen glorie.* Aut idèd posuit sibi nomen, quia ex beneficiis, quibus populum prosecutus est, quemque sibi præcipuè quoddam largitate demerit, vocatus est Deus Israel, sed Deus Hebræorum: quo nomine ab illis scernebatur diis, quas alias nationes sub aliâ atque aliâ compellatione venerant. Utraque explicatio probabilis; utraque Dei in illum populum liberalitatem ostendit. Prior mihi potior est.

FACERETQUE EIS MAGNALIA, UT DORTIBILLA SUPERA TERRAM, A FACIE POPULI TUI, QUEM REDEMISTI EX ÆGYPTO, GEMER ET DEUM EJS (1). Magnalia

(1) Ut scilicet Israel sit tua gens et populus, ac ut vicissim sis Deus ejus. Unde explicans subdit: *Et tu, Domine Deus, factus es eis in Deum.* Recentiores passim cum Chald. ex Hebr., notum in ablativo, *agente et Deo ejus, q. d.:* Redemisti Israel ex Ægypto, ac consequenter ab Ægypto gente et deo. Id est, diis ejusdem gentis. Alii per deum, *Id est, Elohim,* intelligunt Moysen, qui à Deo constitutus est Deus Pharaonis æque ac Israelis, ut ipse ejus legislator et dux vice Dei, Exodi cap. 4, 16, et cap. 7, 1 (vide ibi dicta), q. d. : Redemisti ex Ægypto gentem Hebræam, et deum ejus, id est, Moysen qui ejus erat princeps, dux et ductor loco Dei. Nonnulli per deum sive Elohim, intelligunt S. Michaelem, qui vice Dei erat dux, custos et preses Israelis. Hic enim dum Israelitæ captivi in Ægypto ex eâ liberarentur et liberi extrent, cum eis egrediens ex Ægypto quasi liberari videbatur. Sont. pro *Elohim*, id est, *Deum ejus*, per metaphoram legentes *abraham*, id est, *tabernacula ejus*, vertunt, *redemisti tibi ex Ægypto gentes et tabernacula ejus.* Hebræi

VERS. 25. — QUÆ EST AUTEM, UT POPULUS TUUS ISRAEL, GENS IN TERRA, PROPTER QUAM IVIT DEUS, ET REDIMERET EAM SIBI IN POPULUM? Explicat quemnam sint illa Dei magnaalia, quibus populus et suam verum cognovit esse Deum, et in gentium simulacris nihil esse divini præter alienum et inane nomen. Et orditur ab eo tempore, quo Deus populum quondam ex Ægypto iugo ad libertatem et regium splendorem traduxit. Quo nomine felicem appellat, et supra nationes alias longè fortunatam Hebræorum gentem, in quâ tot extant, tamque præclara divine tutelæ atque virtutis monumenta. Vocat igitur primum felicem ter-

hæc atque horribilia, non solum in Ægyptio solo patrata sunt ad captivi populi libertatem, sed etiam in regione Chanaanitide, ad illius possessionem et regnum. Et hoc posterius hic significatur fortasse præcipue, ut fit ex citato libro Paral. c. 17, verisimile. Sic enim ibi v. 21: *Ut magnitudine sua atque terroribus eiecisset nationes à facie ejus (populi) quem de Ægypto liberarat.* Et quidem admiranda quædam atque horribilia contigerunt in eo tractu ac tempore quod filii Israel ex Ægyptià servitute liberi usque ad intam terram promissionis consumpserunt. Quot in deserto, quot in ipsâ Chanaanorum regione prodigia contigerint, nemo nescit, quæ in Exodo, Numeris, Deuteronomio variè dispersa sunt; quæque David tum aliis, tum maxime Psalmo 77, persecutus est.

GENTEM ET DEUM EJUS. Hic locus variè torquet interpretès, et ab illis ipse quoque vicissim variè distorquetur, quorum afferre hic expositiones supersedeo, ne longius trahatur commentatio. Illam ego arbitrari expeditam et veritati valde, et rei etiam grammaticæ consentaneam, quæ prepositionem illam *super*, quæ terræ præponitur, ante *gentem* et *Deum* præponatur, quod neque infrequens est in omni literaturâ; imò à bonis auctoribus, dum elegantiam captant, adhibetur, in hunc sensum: *Fecit magnalia et horribilia super terram, et super gentem, et super deum ejus.* Et sanè in his tribus magna legimus accidisse prodigia. Nam terra concussa est motibus, et scopuli qui pro muris erant Amorrhæis, inclinati et aperti, ut per illos tuto in terram promissionis ingredierentur Hebræi, sicut ante mare Rubrum sicco trajecterat vestigio, Numer. cap. 21, v. 14, de quo nos plura in expositione Psal. 67. Apertus est Jordanis, ut liber et expeditus pateret ingressus in terram promissionis. Ad conspectum aræ, clangentibus tubis muris ceciderunt Jerichuntini; stetit sol ad Josue votum; et alia contigere quamplurima, quæ divinam testabantur potentiam et providentiam in illum populum paternam. Quod ad gentes atinet, scimus contra illas pugnatum esse de coelo, ut in victoriâ Debboræ et Barac, Judic. 5, versa inimicorum arma in cognata viscera, sub Gedeone, cap. 6, et nuper cum Sarauel bellum intulit Palæstinis, lib. 4 Reg. cap. 7, et iterum cap. 14, cum Jonathan suo

enim ex Ægypto exierunt cum suspellente non tantum suâ, sed et Ægyptiorum, quam commodatò, jussu Dei acceperant, ut spoliarent Ægyptum, Exodi 12. (Corn. à Lap.)

tantum sociatus armigero castra turbavit et cæcidit hostilia. De infidelium diis, quibus etiam bellum indixerunt Hebræi, non adeò multa suppetunt exempla ante tempora Davidica; post illa fuere sanè quamplurima. Neque ante hunc articulum desunt exempla; et illud est maxime notabile, quod accidit paulò ante, sub Samuele, quando non semel ad conspectum aræ cecidit et contritus est Dagon. Gedeon aram confregit Baal, unde Jerobaalis cognomentum accepit. Et Judic. 10, v. 16, filii Israel idola projecerunt, sicut antea fecerant, Josue cap. 20. Et Ægyptiorum dii, cum ex illorum dominatu emergerent Hebræi, committuntur usque ad pulverem, ut dicit Abulensis ad illud Num. 33, v. 4: *Domini in diis eorum exercuerat ultionem.* Quare optime in terram illam, et gentem, et illius deum dicuntur horribilia contigisse magna.

VERS. 24. — FIRMASTI ENIM TUI POPULUM TUUM ISRAEL IN POPULUM SEMPTERNUM, etc. Quia Deus sempiternum populum illum sibi esse voluit, impedienda omnia ex illâ regione, quam illius gentis habitationi destinârat, aut sustulit, aut fecit leviora; quid sit æternum aut sempiternum in Scripturâ, jam à nobis supra declaratum est. Item promissiones plurimas in Scripturâ sacrâ esse conditionatas. Quare hic locus, si hæc spectes, nihil habet in quo hæreo possit nostra commentatio.

VERS. 25. — NUNC ERGO, DOMINE DEUS, VERBUM QUOD LOCUTUS ES SUPER SERVUM TUUM, ET SUPER DOMUM EJUS, SUSCITA IN SEMPTERNUM. Huc usque commemorata sunt divina beneficia, et singularis Dei in populum, quem suum esse voluit, benevolentia. Hinc jam orationem instituit, precaturque, ut quæ promisit, rata faciat, nempe, ut sui curam gerat constantem et sedulam, et domui suæ cui omnia prædixerat fore fortunata, in æternum provideat. *Suscitare autem verbum*, idem est, quod præstare promissa: nam quamdiu suspensa est, nequidum executioni mandata promissio, dormire existimatur. Latius diceret: *Fac ut appareant promissa.* Hic porro dicendi modus usitatus in Scripturâ est, cum id præstatum, in quo in pactis, aut in promissis, seu minis numeratur. Sic dicimus *suscitare arcum*, et *gladium*, *juramentum*, et *pactum*; id est, *facere* ne otiosa sint et vacua pacta, promissa, minæ.

VERS. 26. — UT MAGNIFICETUR NOMEN TUUM USQUE IN SEMPTERNUM, ATQUE DICATUR: DOMINUS EXERCITUM DEUS SUPER ISRAEL. Ingenua est illa postulatio, quæ bonum optat, et gloriam præ-

catu illi à quo postulatum exorare studet. Optat David oraque ut sibi Dominus ac domus suæ et populo Israel in æternum invigilet, illumque sicut ante tueatur et provehat; ut illius nomen in sempiternum mirificum habeatur et horribile: ut sicut prius propter assidua et grandia beneficia, quæ Deus vocabatur exercitum, id est, *Deus fortis*, in cujus dextera omnis erat virtus atque potentia, ille idem Deus appellabatur Israel; sic etiam in posterum nomen idem magis quam antea, notum perseveret. Hic verò pro variâ partium dispositione varias etiam significaciones invenio, quæ tamen parùm inter se differant, neque multùm referat, hecne an illo modo capias. Nam si, ut loquuntur logici, illud, *Domini exercitum*, subjectum est, et, *Deus super Israel*, predicatum, hunc continebit sensum: Deus exercitum, potens nimirum et invictus, curam suscipit Israel. Si verò contra statuas, ordinemque permutes, sensus erit: Qui Deus est Israel, ille Deus est exercitum. Quasi dicas: Aliæ nationes alios sibi deos tutelares habent; at ille Deus, quem tutelarem habet Israel, Deus est fortis, et cui nulla potest oblectari potentia.

ET DOMUS SERVI TUI DAVID ERIT STABILITA CORAM DOMINO: QUIA TE, DOMINE DEUS EXERCITUM, DEUS ISRAEL, REVELASTI AUTEM SERVI TUI, DICENS: DOMUM ÆDIFICABO TIBI. Orat, ut stabilito, reque ipsâ confirmatò promisso in regno stabiliat, confirmetque domum, ne unquam regium nomen excidat à suâ familiâ, quando id proximè verbis prædixit, promissitque non obscuris: *Revelare autem, seu aperire alienigenis aures*, idem est hebraici sermonis proprietate, quod alicui aliquid predicere, præcipere, aut loqui, ut pluribus ostendimus lib. 4 Reg. cap. 9, ad illud: *Domini autem revelaverat auriculam Samueles.*

VERS. 27. — PROPTEREA INVENIT SERVUS TUIS COR SUUM (1). *Corâs* multiplex significatio est,

(1) *C'est pour cela que votre serviteur a trouvé son cœur pour nous adirer cette prière.* « Nous devrions rougir, dit saint Augustin, en considérant avec combien peu de respect nous nous présentons à Dieu dans la prière. Nous sommes présents devant lui sans y être; notre cœur nous échappe à tout moment, et nous n'avons point de liens pour le retenir et pour empêcher qu'il ne se trouve comme livré en proie aux fantômes de notre imagination et aux égarements de notre esprit, afin qu'il trouve sa joie et son repos dans le sein de Dieu. » *Vix stat cor ad Deum suum, et quodammodo fugit à se; nec invenit cancellos quibus retineat avolantes suas et vagos motus,*

illaque ad hunc locum accommodata maxime. Sed inter alia audaciam significat et robur quo aliquid aggredimur intrepidè, et constanter persequimur. Unde illi dicuntur *corâs langue-re*, quibus animus excidit, neque parati sunt, ut labores sine adeant, sive subeant. Neque habere dicuntur cor ad aliquam sive curam, sive cogitationem, qui ab illius consecutione desperant, dum vires suas cum negotii magnitudine aut difficultate componunt. Quomodo qui pauper est opibus, et viribus exhaustus, neque audet eum homine robusto congressi, neque rem aggredi, quam sola peritumque pecunia tentat et expugnat. Quòd si aut vires recuperet à morbo sublatas, aut pecuniis abundet, animum dicitur invenisse, ut audeat, quod prius horruerat, aut desperando refugerat, adori. Sic sanè David, cum exigua in se merita cognosceret, et supra merita ac vires existimaret, et præesse regno tam lucento atque amplo, et illud in suâ familiâ herere perpetuò, non putabat illud à Deo esse postulandum. Quare et animum despondat, et cor sic abjaceat, quasi ad illam cogitationem et curam se putaret excordem. Cum autem Deus

ut stet jucundari à Deo suo. « Chacun de nous, ajoute ce saint, pourrait peut-être s'imaginer que cette faiblesse n'arrive qu'à lui seul dans la prière, et que d'autres ont plus de pouvoir sur leur esprit; si David lui-même ne le disait dans l'Écriture. Seigneur, j'ai trouvé mon cœur pour vous prior. Le Prophète, ajoute ce saint, semble nous marquer, par cette expression, que son cœur lui échappait souvent, et qu'il courait après lui comme après un fugitif, sans qu'il pût le reprendre, jusqu'à se voir réduit à crier à Dieu, comme il fait ailleurs: O mon Dieu, mon cœur m'a abandonné. » C'est pourquoi le même saint admire la bonté de Dieu, et qui souffre que les prières que nous lui faisons soient interrompues de tant de distractions et d'irrévérences; et qui attend que nous lui en offrons quelque une avec une véritable attention de cœur. Et alors, dit-il, il nous exauce, sans se souvenir de tant d'autres qui ont été si vagues et si peu respectueuses.

Dans le livre des Paralipomènes, au lieu de ces mots: *Votre serviteur a trouvé son cœur*, nous lisons: *Votre serviteur a trouvé sa confiance; Invenit fiduciam.* Ces deux vérités peuvent aisément s'allier ensemble. Car lorsque le cœur est vraiment attentif à Dieu, il conçoit une ferme confiance que Dieu l'exaucera, puisque cette attention même est déjà un grand effet de la grâce que nous désirons d'obtenir de lui. Mais lors, au contraire, que notre prière est pleine de distractions, nous n'y trouvons point cette confiance dont parle David, parce que nous avons lieu de craindre qu'étant si peu digne de la majesté de Dieu, elle ne lui soit pas agréable. (Sacy.)

ultrò tam promixè et faciliè omnia promississet, recuperavit animum, quem abjecerat, et cor quod amississe videbatur, invenit; et hâc tam liberali promissione confirmatus ausus, illud orando petere, de quo priùs cogitare neque auderet, neque posset. Hæc mihi expositio videtur expedita et facilis; cui favent illi qui corâ addunt preparatum. Quasi dicat David: Cor mihi priùs ad hanc cogitationem et orationem infirmum erat et timidum, neque aptum ut ad tanti nominis splendorem aspiraret: nunc autem paratum habeo, ut hæc non solum sperem, sed etiam petam, et mihi atque familiæ à tuâ fide et promissione deberi putem.

VERS. 28. — NUNC ERGO, DOMINE DEUS, TU ES DEUS, etc. Cùm ergo, ô Domine, Deus sis, à quo abesse veritas nullo modo potest, neque à promissis pondus et fides; et hæc mihi bona spontè promiseris, incipe jam, ut pro-

missorum incipiat apparere fides, incipe oculos in domum meam intendere benevolos, ita ut ab illâ eos nunquam dimoveas, sed ut semper sit coram te. Hinc enim nunquam ab eâ benedictio tua aberit in æternum, à quâ id habebit, ut omni ex parte fortunata dici possit, et tua (1).

(1) VERS. 29. — BENEDICETUR DOMUS SERVI TUI IN SEMPERNUM, ut semper ex domo et familiâ meâ in regno succedat, ac super Israelæm regnent posteri mei, quamdiù durabit Israelis regnum.

Abul. hic, quest. ult., tractat questionem, an Salomon sit damnatus? et respondet affirmativè, idque maximè probat ex eo quod ipse idola à se erecta moriens non destruxerit, quod utique facere debuisset, et reipsa fecisset si verè poenitisset; nam idola hæc trecentis ferè post eum annis destruxit Josias rex, 4 Reg. 25. Verùm moderni interpretes in Salomoneum mitiores sunt, meliusque de ejus salute sperant.

(Corn. à Lap.)

INDEX RERUM.

	Columnâ
SANCTH VITA.	9-10
IN QUATUOR LIBROS REGUM	
PROLEGOMENA.	<i>Ibid.</i>
§ 1. Quis horum librorum scriptor?	<i>Ibid.</i>
§ 2. De horum librorum titulo.	17
§ 3. Quæ tempora regum historia complectatur.	18
§ 4. De horum librorum divisione.	<i>Ibid.</i>
§ 5. De excellentiâ et utilitate librorum Regum.	19
§ 6. De interpretibus librorum Regum.	26
IN LIBRUM I. REGUM COMMENTARIUM.	31-52
Caput primum (Vulgata cum gallicâ versione). Historia Eleanæ et duarum ipsius uxorum. Anna filium impetrat à Domino. Hunc vocat Samuelem, ac Deo devovet.	41-42
Commentarium.	47-48
Caput II (Vulgata cum gallicâ versione). Canticum Annæ. Filiorum Heli mores dissoluti describuntur. Samuel coram Domino ministrat. Sacerdotis Heli nimia erga filios indulgentia. Hinc Dominus per prophetam domus excidium vaticinatur.	87-88
Commentarium.	95-96
Caput III (Vulgata cum gallicâ ver-	

sione). Vocat Dominus Samuelem, ac statuta sibi contra Heli judicia prænnuntiat. Sermones Domini, compellente Heli, aperit Samuel, quem totus deinceps populus prophetam agnoscit.	175-176
Commentarium.	177-178
Caput IV (Vulgata cum gallicâ versione). Bella Philistinim contra Israelitas. Arca in castris adducta et ab hostibus capta. Ophni et Phinees casi. Interitus Heli et Phinees conjugis.	204-202
Commentarium.	207-208
Caput V (Vulgata cum gallicâ versione). Philistinæ arcam in templo Dagonis statuunt. Dagon humi prosternitur. Multis confecti plagis Philistinim arcam dimittere coguntur.	223-224
Commentarium.	225-226
Caput VI (Vulgata cum gallicâ versione). Deducta arca Bethsames advenit. Percussi cæde Bethsamite.	249-250
Commentarium.	253-254
Caput VII (Vulgata cum gallicâ versione). Arca deducitur Cariathiarim. Hortatur Samuel Israelitas ut ad Dominum redeant. De manu Philistinorum liberat Israelæm.	287-288
Commentarium.	289-290
Caput VIII (Vulgata cum gallicâ	

versione). Israelis Judices filios suos statuit Samuel. Regem postulant Israelitæ. Samuel, jubente Domino, jus regis ipsis indicat. Prophetæ verbis nolant acquiescere.	317-318
Commentarium.	319-320
Caput IX (Vulgata cum gallicâ versione). Saül patris asinas quærens Samuelem adit, et ab ipso nocte hospitio recipitur.	345-346
Commentarium.	351-352
Caput X (Vulgata cum gallicâ versione). Saulem in regem ungit Samuel. Prophetat Saül, et à populo rex agnitus sedem ponit in Gabaâ.	377-378
Commentarium.	383-384
Caput XI (Vulgata cum gallicâ versione). Ammonitæ obsident Jabes Galaad, quam urbem Saül, irruente in ipsum Spiritu Domini, devictisque hostibus, liberat. Saülis regnum instauratur in Galgala.	413-414
Commentarium.	417-418
Caput XII (Vulgata cum gallicâ versione). Samuel innocentia suæ testimonium universum populum appellat. Ingrati erga Deum animi neonon infidelis Israelitas arguit, hortaturque ut Domino constanter adhaereant.	431-432
Commentarium.	433-436
Caput XIII (Vulgata cum gallicâ versione). Bellum Philistinim inter et Israelitas. Stationem hostium in Gabaâ debellat Jonathas. Neglecto Domini mandato, Saül offert holocaustum, quam ob causam ipse cum totâ domo reprobus à Domino per Samuelem prædicatur.	457-458
Commentarium.	463-464
Caput XIV (Vulgata cum gallicâ versione). Jonathas, armigero comite, Philistinæos aggreditur, incussoque terrore ipsorum castra dissipat. Violato, licet inscius, patris iurejurando, mortis incurrit periculum, vixque reclamante populo necem evadit. Saülis narratur victoria.	507-508
Commentarium.	517-518
Caput XV (Vulgata cum gallicâ versione). Bellum indicitur Amalectis. Regem Agag contra Analectis imperium servat Saül, qui idèò à Samuele inobedientiæ arguitur, iterumque regno dejectus declaratur.	

Agag regem interficit Samuel, ac reprobatum Saulem luget.	537-538
Commentarium.	563-564
Caput XVI (Vulgata cum gallicâ versione). Samuel à Domino milititur Bethlehem ad ungendum in regem Davidem. Saül, agitante spiritu malo, Davidem accersit, quo citharâ psallente, rex levius habet.	615-616
Commentarium.	619-620
Caput XVII (Vulgata cum gallicâ versione). Congregatis iterum ad pugnam Philistinæis, Goliath gigas conviciis Israelæm appetit. Hunc David solâ armatus fundâ humi dejicit, ac proprio ipsum gladio interficit.	647-648
Commentarium.	659-660
Caput XVIII (Vulgata cum gallicâ versione). David et Jonathas jungunt amicitiam. Accenditur odium Saülis contra Davidem, quem lanceâ militur confingere, et Merob filiam ipsi promissam tradit alteri, Michol verò juniorem centum Philistinæorum præputis despondet sibi David in uxorem.	701-702
Commentarium.	707-708
APOLOGIE DE DAVID.	736
Caput XIX (Vulgata cum gallicâ versione). Saül Davidem occidere volens verbis Jonathæ placatur. Davidem iterum rex transfigere tentat, qui ope et industria Michol uxoris fugiens Samuelem adit, Saül inter prophetas.	751-752
Commentarium.	755-756
Caput XX (Vulgata cum gallicâ versione). Novo fœdere Davidi jungitur Jonathas, qui causam amici apud patrem frustraneè conatus agit. Ipsum tamen indicto prius signo è Saülis manibus liberat.	769-770
Commentarium.	777-778
Caput XXI (Vulgata cum gallicâ versione). David cum viris suis in urbem Nobæ profugus Achimelechum sacerdotem adit, qui, premente fame, ipsi ac commilitonibus panes sanctificatos comedendos offert. Hinc David confugit ad Achis regem Geth, apud quem dementem se simulat.	801-802
Commentarium.	803-804
Caput XXII (Vulgata cum gallicâ versione). Fugit David in speluncam	